



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae**

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

**Wion, Arnold**

**Venetiis, 1595**

Emblema. II. in Arca occlusa significatum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38397**

Hoc est Sextum Generale Concilium ad Nicenum, Ephesinum, Calcedonense, & Constantinopolitanum duo adiectum, quibus summa fidei Christianæ fundata est. *Platina in eius vita. Liber Conciliorum. Paulus Diaconus. lib. 18. & alij innumeri.*

Præterea quoniam Diuorum memoria, ut certo exemplari præ oculis posito, quam nobis imagines representant, ad virtutem, & imitationem excitantur homines, atque imagines honor, ad exemplaris transferunt honorem, idcirco Patres eam consuetudinem modo admiserunt, sed auctoritate huius synodi statutum fuit, ut Imagines sacrae, Diuorum in templis haberentur, magnaque veneratione colerentur, utpote quæ imperitiis loco sacrarum litterarum ferent. *Acta huius Synodi.*

### Emblema II. In Arca occlusa significatum.

*Aurum namque, & Argentum in Aerarium Domini consecrauit. Iosue 6.*



**N** DEXTERA huius Pontificis manu, Arca quædam seris occlusa conspicitur, per quam nobis nouum S. R. E. Aerarii Officium ab ipso inuentum representatur. In quo præclarissimo instituto recte obseruata uidentur illa duo, quæ in omnibus humanis actibus potissimum inspicere debet, modus scilicet agendi, & finis actus rei. Per primum modus colligendæ pecuniæ datur intelligi, qui fuit non tyrannicus, aut aliis modis illegitimus, sed honesta, & legitima uia acquiritus, qualis est parsimonia, quæ in hoc sanctissimo Pontifice tanta fuit, ut breuissimo tempore sua incredibili parsimonia tantos thesauros in manu congregasset, ex quibus materiam habuerit nouum Aerarii officium excogitandi. Vnde de eo uerè dictum uidetur, quod de alio quodam magno Pontifice decantatum est:

*In tuo congestos retulisti exaria nummos.*

*Quos esse ferre potest non nisi causa grauis:*

*Nec tibi thesauros uis ulla tyrannica fecit.*

*Sola manus tantas parca parauit opes.*

Vsus uerò collectæ pecuniæ, quod per secundum significatum

ximus,

simus, accuratè considerauit, quem non ad fouendam auariciam malorum omnium radicem, non ad prodigaliratem, non ad voluptates, & mollities, aliosve execrandos vsus, sed ad necessarios, honestos, & laudatos Ecclesie Romanæ vsus, præsidiumque, & ornamentum Reipublice Christianæ comparauit. Qualia erant illa auri talenta à Magno illo Sacerdote Onia in templo reposita, ad Viduarum, & pupillorū sustentationē. s. templiq; Salomonici restaurationē, cuius causa à Ioas Rege Arca illa templo affixa, ad colligendam pecuniam pro reparatione templi. Hanc igitur ob causam noster Agatho nouum Aerarium constituit, vt viduis, & orphanis subueniret, & Ecclesie necessitatibus prouideret. Tanti igitur, ac talis Pontificis inuentum, in sancta Ecclesia inuolabiliter post modum retentum est, & retinetur ad hæc usque nostra tempora, quod quam fuerit necessarium ipsa quotidie experitur.

Scriptis dum uiueret nonnulla, inter quæ extat Epistola una, confessionem fidei ad Sextam Synodum Constantinopolitanam continens: quæ excusa sæpius, nouissime inter epistolas Decretales Pontificum Romanorum quæ Romæ, anno 1591. excusa sunt relata est.

## S. LEO IIII.

Octauæ Assumptionis Beatæ Mariæ institutor,  
& aliarum rerum utilium auctor

iuxta illud:

*Celebrabitis solennitatem eius septem diebus per Annum, Dies quoque octauus erit celeberrimus, atque sanctissimus. Leuitici 23.*

Cap. XV.



S. LEO IIII. cuius imago Pontificis summi habitu, imaginem Diuæ Virginis manibus tenentis, cōspicitur, spectatæ sanctitatis, ac prudētie uir, cū uno animorum consensu Pontifex delectus quanquam inuitus hanc suscipere prouinciam coactus fuisset, Pontificatus sui anno primo. Festi